UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Si tutor vel cura. interue.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

tione. Sequitur Iaſo. in l. ſi pacto quo penam. in fin. C. de pactis.

LEX I.

**POſtquam.** Reſtituto minore, non videtur reſtitutus fideiuſſor, niſi dolus creditoris interceſſerit. h. d. cum l. ſeq. ¶ Opp. quando venditio eſt ipſo iure nulla, non eſt opus reſtitutione, vt l. in cauſe. la. ij. ff. eod. ſed hic eſt ipſo iure nulla, quia non interue-nit decretum ergo ⁊c. Sol. glo. intellige, quod hec venditio fuit fa-cta cum decreto. ¶ Quero, ad quid fuit hic minor reſtitutus ad ipſam? Plures ſunt opi. hic. Quidam dicunt quod fuit reſtitutus ad ipſam rem ſcilicet, vẽditam, quidam quod fuit reſtitutus, quod non teneretur de euictione. ¶ Secundum primam opi. no. quod fideiuſſor euictionis nomine tenetur ſi per beneficium reſtitutio-nis in integrum vẽditor rem auocauerit. ¶ Iuxta hoc quero quid ſi vendens agit cõditione ex l. ij. ĩ. de reſcin. ven. an fideiuſſor tenea-tur? ¶ Item quero, quid ſi minor fuiſſet reſtitutus ideo quia pre-tio minori vendidit, non ideo quia vendidit, an fideiuſſor euictio-nis teneatur? Doc. tangunt iſtas queſtiones, que videntur mihi dubie, ideo non examino. Forte hoc dicam in authen. ſacramenta. ĩ. ſi aduer. vend. Secundo modo legitur, quod fuit reſtitutus ne te-neatur de euictione, ⁊ quod extraneus tunc euincit rem. ¶ Sed tunc oppo. quomodo potuit extraneus tunc euincere, cum res ſit de bonis paternis, ⁊ iſte minor erit heres, glo. dicit quod debet in-telligi quod fuit de bonis paternis putatiue, non vere. Vel dicas quod fuit euicta per hypothecariam.

LEX II.

1 ☞ Beneficium reſtitutionis, quando tranſit ad fideiuſſores mi-
norum. ⁊ nume. 4.
2 Decretum iudicis quãdo facit ceſſare beneficium reſtitutionis in
integrum.
5 Reſtitutio in integrum quid operetur.
6 Reſtitutio in integrum, quando dicatur beneficium perſonale, ⁊
quando reale.
7 Reſtituto minore, an fideiuſſor habeat de nouo petere reſtitutio-
nem in caſibus, in quibus beneficium ad ipſum tranſit.
8 Fideiuſſor poteſt intentare reſtitutionem, quando minor non vo-
luit eam impetrare.

1 **SI eaque.** Not. quod † quando minor leditur faci-
litate ſui beneficium reſtitutionis non
tranſit ad fideiuſſorem, ſecus ſi leditur dolo aduerſarij, quia
tunc beneficium reſtitutionis bene tranſit ad fideiuſſores. ¶ Op.
2 de. l. ait pretor. §. permittitur. ff. eo. †. vbi decretum iudicis, ſeu preſi-
dis, facit ceſſare reſtitutionem. Sol. ibi interuenit decretum in alie-
natione neceſſaria, vt in recipiendo ſolutionem, hic in voluntaria.
¶ Contra hoc oppo. ĩ. ſi propter pub. pen. l. fin. Solu. Intellige,
quod hic interuenit authoritas tutoris, ⁊ decretum iudicis, alias
venditio eſſet ipſo iure nulla, ⁊ ſic inutilis eſſet reſtitutio, vt in con-
trario. Oppo. tertio hic dicitur, quod dolus aduerſarij interceſſit.
Contra, aut dolus dedit cauſam contractui, ⁊ contractus eſt ipſo
iure nullus, ⁊ ſic ceſſat reſtitutio, vt l. ⁊ eleganter. in princ. ff. de dol.
Aut dolus incidit in contractum, ⁊ habet locum actio ex empto, ⁊
ſic ceſſat reſtitutio. vt l. in cauſe. ff. eod. Gloſ. ponit plures ſo. hec eſt
vera, quod dolus dedit cauſam contractui, ⁊ fuit deuentum ad tra
3 ditionem. † ⁊ ſic in maiore haberet locum actio de dolo. d. l. ⁊ elegan
ter. in princ. verum quia minor poteſt iuuari per reſtitutionem, ha-
bet locum reſtitutio, ceſſat actio de dolo, vt l. j. §. antepe. ff. de dolo.
4 dixi in l. ij. s. de dolo. Ita habetis hoc intelligere. ¶ † Oppo. quod
fideiuſſori proſit beneficium reſtitutionis, etiam ſi dolus non inter
uenit, de l. minor. ff. de procu. Gloſ. ſoluit multum bene. Aut reſti-
tuto minore, ⁊ eius fideiuſſore, creditori non daretur regreſſus con
tra alium, ⁊ tunc fideiuſſori non prodeſt reſtitutio, vt hic. Aut da-
a retur regreſſus contra alium, ⁊ beneficium reſtitutionis[a] tranſit ad
alium, vt. d. l. minor. ita dicit gl. ⁊ bene. ¶ Item opp. quomodo re-
ſtituto minore, ⁊ ſic ſublata obligatione principali, poteſt teneri
fideiuſſor, cum non ſit obligatio cui accedat, vt l. j. ff. de fideiuſſor.
5 Huius timore eſſet videndũ † quid operetur reſtitutio in integrum.
Quidam dicunt, quod ſolummodo perſona eximitur ab obliga-
tione, obligatio tamen remanet firma, ſicut dicimus in eo qui de-
portatur in l. fin. ff. de duo. re. ⁊ in eo qui decedit ſine herede, vt l. ſi
ſine herede. in prin. de admi. tut. ⁊ l. Stichum aut Pamphilum. cir
ca princi. ff. de ſol. Unde ratio obligationis remanet, vt accedat fi-
deiuſſor vt l. ſi debitori deportato. de fideiuſ. Alij dicunt, quod per
ſona ab obligatione nõ eximitur, ſed ſolum paratur exceptio, quia
perſonalis eſt, ideo non tranſit ad fideiuſſorẽ, vt l. exceptiones que
perſone. ff. de excep. Facit ad hoc. ff. eod. l. ſi iudex circumuẽto, Iſta
vltima placet mihi plus, ⁊ hanc tenet gl. Sed contra hanc oppo.
dixi quod iſta exceptio eſt perſonalis, cum beneficia perſonalia nõ
tranſeant ad heredes, vt l. qui tale. ff. ſo. mat. ĩ. de priui. do. l. j. cum ſi.
So. quicquid dicat Dy. in c. priuilegium perſone. de reg. iur. lib. vj.
6 † reſtitutio in integ. quo ad quedam dicitur beneficium perſonale,
vt in caſib. in quib. ad fideiuſſores non tranſit, quo ad quedam di-
citur reale, vt quo ad tranſmiſſionem ad heredes. vt l. non ſolum. ff.
de in integ. reſt. In caſib. in quib. competit fideiuſſori. huius eſt ra-
tio, quia beneficium iſtud partim datur ratione perſone, partim ra
tione leſionis, ⁊ ideo in quibuſdam caſibus habet vim perſonalis
beneficij, in quibuſdã habet vim realis beneficij. ¶ Opponitur ff.
de fideiuſſ. l. Marcellus. Solue vt ibi. ¶ Querit gl. multum ſolen-
7 niter † Utrum reſtituto minore intelligatur reſtitutus fideiuſſor, in
caſib. in quib. tranſit beneficium ad fideiuſſorem, vel habeat neceſ-
ſe fideiuſſor, de nouo petere beneficium reſtitutionis in integrum.
Gloſſ. tenet quod habeat neceſſe petere de nouo, per hunc tex. qui
dicit vtrique perſone tam. ⁊c. vnde cum vtrique competat quili-
8 bet hꝫ intentare per ſe. ¶ Quero † quid ſi minor non voluit impe-
trare reſtitutionem, an poſſit eam intentare fideiuſſor? Gl. dicit ꝙ
ſic, ⁊ bene, vt l. ſi poſt mortem. §. fi. de contra tabu. ⁊c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Reſtitutionis. Quid autem ſi ille non eſſet ſoluen
do, vide Are. poſt Pau. de Caſt. in l. ſi pupillus. ff. de acqui. heredi

---

Si tutor vel curator interuenerit. Rub. XXV.

LEX I.

**SI Iam puberes.** Minor aduerſus a-ditionem poteſt reſtitui intra tempus legitimum, quo elapſo contra eius curatorem, qui ſibi authoratus eſt ſuccurreretur. hoc dicit.

LEX II.

**MInorib.** Tutoris authoritas in iudicio vel extra non impedit reſtitutionem minoris ſi ibi eſt leſus. hoc dicit.

LEX III.

**ETiam.** Etiam in his, que geſſit tutor ſolus minor poteſt reſtitui, ⁊ contra tutorem experiri. hoc dicit. Uidebitis ĩ. eod. l. fin. ⁊c.

LEX IIII

**SI Creditor.** Minor non reſtituitur aduerſus obligationem adminiſtratoris, quia ipſe non tenetur. Cyn. hic intrat materiam diffi-cilimam, que tractatur in l. ſi pupilli. §. j. de neg. geſt. ⁊ Cyn. ponit in l. ei qui ſeruo. §. j. ĩ. quod cum eo, ⁊c.

LEX V.

1 ☞ Reſtitutio quando concurrat cum alia actione contraria.
2 Actio ordinaria quando excludat extraordinariam.
4 Auxilium ordinarium, ⁊ extraordinarium quando concurrant.

**ETiam.** Auxilium extraordinarium cõcurrit cum
ordinario quando competit cõtra diuer-
1 ſos, nec electione tolluntur. hoc dicit. ¶ Oppo. † reſtitu
tio non concurrit cum contraria actione, vt l. in cauſe.
la. ij. ff. de mino. Sol. verum eſt, quando illa duo remedia darentur
2 contra vnum, ⁊ eundem. ſecus ſi contra diuerſos, vt hic. ¶ † Con-
tra hoc oppo. de l. cum mandato. ff. eod. Solu. multe ſunt. Iſta ſol.
eſt vera, ibi loquitur quando actio ordinaria habuit originem ab
actione voluntaria, quia tunc excludit extraordinariam, etiã quan
do competit contra diuerſos, hic vero habuit originem ab actione
neceſſaria. ¶ Oppo. tertio de l. properandum. §. fin. ĩ. de iud. Sol.
Dixi gloſſ. quod ſpeciale eſt ibi in inſtantia iudicij, quia ea perem-
pta remanet actio prima firmior, quam primo eſſet, ſecus ſi cauſa
3 eſſet perempta, ⁊ vide glo. ¶ Not. ex eo quod dicit firmior, † quod
perempta inſtantia remanet perpetua actio que eſt facta per litis
conteſta. De hoc dixi vobis in l. ij. ĩ. de fru. ⁊ li. expen. Pet. tamen
non tenet iſtam ſol. ſed dicit, quod hic non poterat minori equali-
ter ſubueniri contra fideiuſſorem, ⁊ extraneos, quia tutor dederat
eis pecuniam, ⁊ ipſi volebant poſſeſſiones venditas. Sed quando
proſequeretur ab vtraque, tunc actione ordinaria deberet proce-
dere, nec haberet locum reſtitutio, vt d. l. fin. Iſta ſolu. Pet. non eſt
vera, vt per l. etiam. s. eod. titu. ⁊ eſt contra l. ſi minor. ff. de admini.
tuto. Tene ergo ſolu. gloſſ. quod ſpeciale eſt in iudicijs. ¶ Item
4 oppo. ĩ. tit. ij. l. fin. Solue vt ibi, † ⁊ diſtingue plene quando ordina-
rium auxilium concurrat cum extraordinario. Pleniſſime dixi in l.
in prouinciali. de oper. no. nun. vbi tangitur. ¶ Ultimo op. ⁊ vide-
tur, quod per electionem tollatur, vt ĩ. de cod. l. fi. Sol. Ibi quando
contra eundẽ agebatur, hic quando contra diuerſos agebatur ⁊c.

---

Si in communi eadémque cauſa, in integrum reſtitutio poſtuletur. Rubr. XXVI.

LEX VNICA.

1 ☞ Factum vnius ex fratribus non nocet alteri.